ratarem Verbo Johannes tribuit, dum ait: In ipso vita erat. Intelligit heic non tam
itam aeternam, quam temporalem vitam: q. d. vitam temporalem non tantum ipse dedit,
d est quoque in ipso vita, h. e. ipse conservat vitam datam. Opera gratiae, e quibus ar-
gumentum Deitatis τῶ λόγῳ Johannes ducit, sunt: quod vivificet et illuminet homines
ad vitam aeternam. Ita enim ille: Et vita erat lux illa hominum, et lux illa in tenebris lucet.
Hic erat lux illa vera, quae illuminat omnem hominem in mundum venientem. Quid ergo?
Amen satis jam inter Vos omnes, A. V. constat, quis incarnatus fuerit? Nempe ipsum
Dei Filium incarnatum fuisse, omnes jam nostis. Audite porro: quid Dei Filius factus
fuerit. Caro factus esse dicitur, qui alibi homo ac filius hominis expresse vocatur. Caro
e, quam pro toto homine, qui corpore et anima constat, Synecdochica locutione ponitur,
d fit non ob veritatem tantum assumtae naturae humanae, sed etiam ad similem consignifi-
candum statum. Verbum, inquit Abbas Claraevallensis, caro factum, caro infirma, caro
infantilis, caro tenera, caro impotens, omnis operis, omnis laboris impatiens. In carne
tas, in carne Vobis, Auditores, exhibetur Sapientia hodie, quae olim occulta. Trahitur
de occultis et ipsa se ingerit sensibus carnis vestrae. Carnaliter, ut sic dicam, praedicatur vobis:
ut voluptatem fugiatis, quae est in carne. Non percipiebat equidem carnalis homo olim, quae
sunt Spiritus Dei: sed jam corpore et carnales potestis: quia Verbum caro factum. Si nihil
ter carnem nostis audire, ecce Verbum caro factum est. In carne audite, nec tamen (4) Filius Dei unde carnem habeat.
anxie quaeritis, unde suam λόγος carnem habeat. Habet, habet n. illam ex carne et sanguine B.
Virginis: et virtute quadam Spiritus S. habet. Unde et Spiritus S. conceptionis Christi autor dicitur
quidem, ut materialis, sed ut efficiens et operans causa: non ut causa seminalis, sed virtualis,
non ut generans, sed ut benedicens. Non ergo e coelo allatum fuit id, e quo conciperetur
caro τῶ λόγῳ, non e siderum vi aut astrorum quadam praestantia. Ex ipsis visceribus B. Virginis
per obumbrationem Spiritus S. habet, quod tantopere coronaret Dei filius, non de substantia Spiritus
S., sed potentia, nec generatione, sed jussione et benedictione homo conceptus. Ad modum (5) Incarnationis modus.
abhinc transeo Incarnationis: ut et ipsi sciatis, A. V. quomodo illa sit facta. Ut ut a. Incarnationis